

LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST.



Vsebinska: 23. Epistola encyclica Leonis PP. XIII. quoad extensionem iubilaei ad universum orbem catholicum. — 24. Razglašenje splošnega svetega leta za ljubljansko škofijo. — 25. Promulgierung des allgemeinen Jubilaeums für die Laibacher Diocese. — 26. Solutio quorundam dubiorum occasione iubilaei magni ad universum orbem extensi — 27. Indulgentiae lucrandae prima cuiuslibet mensis feria VI. anno 1901. vel peregrinando ad Sanctuarium in Paray-le Monial. — 28. Rok dospelosti pri preskrbinskih užitkih in pokojninah iz verskega zaklada. — 29. Zamudne obresti pri pristojbinskem namestku. — 30. Škofjska kronika.



23.

Extensio Universalis Jubilaei in Urbe celebrati
anno Domini 1900 ad universum catholicum orbem.

LEO EPISCOPVS

SERVVS SERVORVM DEI

VNIVERSIS CHRISTIFIDELIBVS PRAESENTES LITTERAS INSPECTVRIS SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Temporis quidem sacri, quod solemniter caerimoniae religione hesterno die conclusimus, sicut iucundus Nobis decursus fuit, sic est futura grata recordatio. Quod enim Ecclesia optarat, quodque spectarat unice, ut permoveret salutariter animos post annos quinque et septuaginta instaurata celebritas, id videmur, annuente Dei numine, consecuti. Non enim pauci, sed ad centena millia et ex omnibus civitatum ordinibus numerantur, qui extraordinariam sacrae indulgentiae potiundae facultatem libentes magna cum alacritate arripere studuerint. Neque est dubitandum, quin poenitentia saluari expiati atque ad christianas virtutes renovati plurimorum animi inde fuerint: ob eamque rem novum quoddam fidei pietatisque robur ex hoc fonte et capite catholici nominis usquequaque influxisse, non immerito existimamus.

Iamvero, quod in simili causa Decessores Nostri consueverunt, nunc est in animo Apostolicae caritatis dilatare spatia, amplioremque caelestium bonorum praebere facultatem. Nimirum concreditum Nobis thesaurum indulgentiae sacrae, qui anno exacto Romae tantum patuit amplissime, eundem dimidiato anno proximo in toto orbe catholico patere universitati christifidelium volumus. Valebit id quidem, arbitramur, latius ad revocandos christianos mores, ad copulandas cum Apo-

stolica Sede arctius voluntates, ad cetera vulgo comparanda bona, quae fuse persecuti sumus, cum primo Iubilaeum magnum indiximus. Pertinebit id ipsum ad exorientis saeculi primordia rite dedicanda: neque enim aptius videmus iniri posse saeculum, quam si homines instituant de promeritis Redemptionis Christi uberius proficere. Minime vero dubitamus, quin novum hoc salutis praesidium omnes Ecclesiae filii eo sint animo accepturi, quo est a Nobis exhibitum. Confidimus autem Venerabiles Fratres Episcopos, universumque clerum, pro explorata ipsorum vigilantia diligentiaque duros, uti par est, operam, ut communia optata plenissime eveniant.

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, Iubilaeum magnum, quod in hac Sacra Urbe celebratum est ad universum catholicum orbem per has litteras extendimus ac sex mensium spatio prorogamus, et pro extenso prorogatoque haberi volumus.

Quapropter omnibus utriusque sexus Christifidelibus in quacumque ora ac parte terrarum existentibus, etiam iis qui forsitan elapso anno Sacro Romam venerunt, ibique seu alibi quavis ratione hoc idem Iubilaeum a Nobis concessum adepti sunt, qui intra sex menses a die publicationis harum litterarum in qualibet

Dioecesi factae computandos, Ecclesiam Cathedralem in civitate episcopali, et maiorem in ceteris locis dioecesis, tresque alias tam in illa, quam in istis, ab ipsis Ordinariis sive per se, sive per suos Officiales, aut Parochos vel Vicarios foraneos, designandas, semel saltem in die per quindecim continuos vel interpolatos dies, sive naturales, sive etiam ecclesiasticos, nimirum a primis Vesperis unius diei ad integrum subsequentis diei crepusculum devote visitaverint, et pro Ecclesiae exaltatione, haeresum extirpatione, catholicorum principum concordia, et christiani populi salute pias ad Deum preces effuderint, vere poenitentibus et confessis, sacraque Communionem refectis, plenissimam peccatorum suorum indulgentiam, remissionem et veniam misericorditer in Domino semel concedimus et impertimus, ita tamen ut Confessio annualis et Sacra Communio Paschalis ad effectum lucrandi Iubilaei minime suffragentur. In locis vero, in quibus quatuor Ecclesiarum defectus verificetur, eisdem Ordinariis eodemque modo facultas conceditur designandi minorem Ecclesiarum numerum, seu etiam unam, si una tantum adsit Ecclesia, in quibus vel in qua fideles aliarum Ecclesiarum visitationes supplere possint, eas vel eam visitantes iteratis ac distinctis vicibus, eodem die naturali vel ecclesiastico, ita tamen ut numerus visitationum omnium sit sexaginta et per quindecim continuos vel interpolatos dies distribuantur. Ratione vero habita peculiaris conditionis, in qua certas quasdam personas versari contigerit, haec statuimus:

I. Navigantes et iter facientes, si post elapsos sex menses dictos ad sua domicilia, aut alio ad certam stationem se receperint, peractis quae praescripta sunt, et visitata quindecim vicibus Ecclesia Cathedrali, vel maiori aut Parochiali eorum domicilii vel stationis, eandem indulgentiam consequi possint.

II. Locorum Ordinariis facultatem facimus dispensandi a praescriptis visitationibus Moniales, Oblatas, aliasque puellas ac mulieres in claustris monasteriorum aut in aliis piis domibus et Communitatibus vitam agentibus; item Anachoretas et Eremitas, aut alias quaslibet personas in carcere aut captivitate existentes, aut valetudine vel alio impedimento detentas, quominus stas visitationes peragant; eisque omnibus et singulis in locum visitationum alia pia opera sive per se ipsos, sive per eorum earumve Regulares Praelatos aut Confessarios, etiam extra sacramentalem Confessionem, commutandi; similiter dispensandi pueros, nondum ad primam Communionem admissos, eisque alia pia opera etiam pro sacramentali Communionem praescribendi; Capitulis autem, Congregationibus tam saecularium quam regularium, Sodalitatibus, Confraternitatibus, Universitatibus, seu Collegiis quibuscumque, nec non Christifidelibus cum proprio Parocho, aut alio sacerdote ab

eo deputato, statutas Ecclesias processionaliter visitantibus, easdem visitationes ad minorem numerum reducendi.

De Confessario Iubilaei haec indulgemus:

I. Moniales earumque Novitiae sibi ad hunc effectum eligere poterunt Confessarium quemcumque ad excipiendas Monialium Confessiones ab actuali Ordinario loci approbatum.

II. Ceteri omnes utriusque sexus Christifideles tam laici quam ecclesiastici, Saeculares et cuiusvis Ordinis et Instituti etiam specialiter nominandi Regulares poterunt ad eundem effectum sibi eligere quemcumque presbyterum Confessarium, tam Saecularem, quam cuiusvis Ordinis et Instituti etiam diversi Regularem, ab Ordinario actuali loci ad audiendas personarum saecularium confessiones approbatum; vel, si agatur de Regularibus, Confessarium proprii Ordinis eligere volentibus, a Praelato Regulari ad suorum Religiosorum audiendas confessiones approbatum.

III. Confessario ita approbato et ad effectum lucrandi Iubilaei electo facultatem hac vice concedimus, intra dictum semestris spatium in foro dumtaxat conscientiae absolvendi ab excommunicationis, suspensionis et aliis ecclesiasticis sententiis et censuris a iure vel ab homine quavis de causa latis seu inflictis, etiam Ordinariis locorum, ac Nobis et Sedi Apostolicae, etiam in casibus cuicumque ac Summo Pontifici et Sedi Apostolicae speciali licet forma reservatis, et qui alias in concessione quantumvis ampla non intelligerentur concessi, necnon ab omnibus peccatis et excessibus, quantumcumque gravibus et enormibus, etiam iisdem Ordinariis ac Nobis et Sedi Apostolicae, ut praefertur, reservatis, iniuncta poenitentia salutari aliisque de iure iniungendis. Excipitur crimen absolutionis complicitatis, quod ter, aut amplius admissum fuerit. — Praecipue vero haereticos, qui fuerint publice dogmatizantes, ne absolvat, nisi, abiurata haeresi scandalum, ut par est, reparaverint; item qui bona vel iura ecclesiastica acquisierint sine venia, ne absolvat nisi iis restitutis aut se composuerint, vel sincere promiserint, quam primum se composituros apud Ordinarium, vel apud Sanctam Sedem.

IV. Item vota quaecumque etiam iurata, et Sedi Apostolicae reservata (Castitatis, Religionis et obligatorii, quae a tertio acceptata fuerint, seu in quibus agatur de damno tertii semper exceptis, necnon poenitentibus, quae praeservativa a peccato nuncupantur, nisi commutatio futura indicetur eiusmodi, ut non minus a peccato committendo refragnet, quam prior voti materia) in alia pia et salutaria opera commutare; et cum poenitentibus huiusmodi in Sacris Ordinibus constitutis etiam Regularibus super occulta irregularitate ad exercitium eorundem Ordinum et ad superiorum assecuti-

onem, ob censurarum violationem dumtaxat contracta, dispensare possit, dummodo ad forum ecclesiasticum non sit deducta, nec facile deducenda.

V. Similique modo cum illis qui, scienter vel ignoranter, cum impedimento gradus secundi et tertii, vel tertii solius, aut tertii et quarti, vel quarti solius consanguinitatis, vel affinitatis etiam ex copula licita provenientis, matrimonium iam contraxerunt, dummodo huiusmodi impedimentum occultum remaneat, dispensare pro foro tantum conscientiae possit ad remanendum in matrimonio.

VI. Similiter, pro foro conscientiae tantum dispensare valeat super impedimento dirimente occulto tam primi et secundi, quam primi tantum, aut secundi tantum gradus affinitatis ex copula illicita provenientis in matrimonio contracto; atque etiam, dummodo causae graves et quae canonice sufficientes habentur intersint, in contrahendo: ita tamen ut, si huiusmodi affinitas proveniat ex copula cum matre desponsatae, vel desponsandae, huius nativitas copulam antecesserit, et non aliter.

VII. Dispensare similiter, pro eodem foro tam de contracto, quam de contrahendo possit super impedimento cognationis spiritualis, itemque super occulto impedimento criminis, neutro tamen machinante, idest quando solum concurrant adulterium et fides data de matrimonio contrahendo post coniugis mortem.

VIII. Dispensare ad petendum debitum possit in casu affinitatis incestuosae matrimonio supervenientis.

IX. Ad petendum pariter debitum cum illis qui voto simplici castitatis obstricti matrimonium contraxerunt, dispensare valeat, illos monendo facturos contra id votum, si extra usum matrimonialem delinquant, ac remansuros eodem prorsus ac antea voto obstrictos, si coniugi supervixerint.

X. Nolumus autem per praesentes litteras super aliqua alia irregularitate vel publica, vel occulta, seu defectu aut nota, aliaque incapacitate, aut inhabilitate quoquo modo contractis dispensare, vel aliquam facultatem tribuere super praemissis dispensandi, seu habilitandi, et in pristinum statum restituendi etiam in foro conscientiae; nolumus ulli Confessario facultatem tribuere absolvendi complicem in quolibet inhonesto contra sextum Praeceptum peccato; aut complici licentiam impertiri eligendi confessarium huiusmodi ad effectum praesentium, ut iam in Constitutione Benedicti XIV, quae incipit *Sacramentum Poenitentiae* declaratum fuit: nec quidquam praefatae et aliis pontificiis Constitutionibus derogare volumus quoad obligationem denunciationum; neque demum iis, qui a Nobis et Apostolica Sede, vel ab aliquo Praelato seu Iudice ecclesiastico nominatim excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias et Censuras incidisse declarati vel publice

denunciati fuerint, nisi intra tempus dictorum sex mensium satisfecerint, et cum partibus, ubi opus fuerit, concordaverint, ullo modo has easdem Litteras suffragari posse aut debere.

Ceterum, siqui post inchoata, huius Iubilaei consequendi animo, praescripta, opera praefinitum Visitationum numerum morbo impediti complere nequiverint, Nos piaae promptaeque illorum voluntati benigne favere cupientes, eosdem vere poenitentes et confessos, ac Sacra Communionem refectos, praedictae Indulgentiae et remissionis participes fieri volumus. Si qui autem post obtentas absolutiones a censuris, aut votorum commutationes seu dispensationes praedictas, serium illud ac sincerum ad id alias requisitum propositum eiusdem Iubilaei lucrandi, ac cetera necessaria opera adimplendi mutaverint; licet propter id ipsum a peccati reatu immunes vix censi possint; nihilominus huiusmodi absolutiones, commutationes et dispensationes ab ipsis cum praedicta animi dispositione obtentas, in suo vigore persistere decernimus ac declaramus.

Praesentes Litteras per omnia validas et efficaces suosque plenarios effectus, ubicumque publicatae et executioni demandatae fuerint, sortiri et obtinere, omnibusque Christifidelibus in Apostolicae Sedis gratia manentibus plenissime suffragari volumus et decernimus; non obstantibus de Indulgentiis non concedendis ad instar, et Universalibus, Provincialibus et Synodalibus Conciliis editis Constitutionibus, Ordinationibus, et generalibus, seu specialibus absolutionum seu relaxationum ac dispensationum reservationibus, necnon quorumcumque etiam Mendicantium et Militarium Ordinum, Congregationum et Institutorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, legibus, usibus, et consuetudinibus: Privilegiis quoque, Indultis et Litteris Apostolicis eisdem concessis, praesertim in quibus caveatur expresse, quod alicuius Ordinis, Congregationis et Instituti Professores extra propriam Religionem peccata sua confiteri prohibeantur: quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua mentio facienda, vel alia exquisita forma ad id servanda foret, huiusmodi tenores pro insertis, et formas pro exactissime servatis habentes; pro hac vice et ad praemissorum effectum dumtaxat plenissime derogamus; ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

Volumus autem, ut harum Litterarum transumptis sive exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem ab omnibus fides habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae extensionis, hortationis, commissionis, concessionis, derogationis, decreti et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae Millesimo noningentesimo, Octavo

Calendas Ianuarii, Pontificatus Nostri Anno vicesimo tertio.

C. Card. ALOISI MASELLA Pro-Dat. — A. Card.
MACCHI VISA DE CVRIA I. DE AQVILA E
VICECOMITIBVS

Loco † Plumbi

Reg. in Secret. Brevium
I. CVGNONIVS.

24.

Anton Bonaventura,

po božji in apostolskega sedeža milosti knezoškof ljubljanski,
vsem vernikom svoje škofije mir, srečo in blagoslov v Gospodu našem Jezusu Kristusu.

Lani smo morali popotovati v Rim, da smo dobili odpustke svetega leta. Po zgledu svojih prednikov so pa sv. Oče sveto leto in njegove odpustke ter posebne milosti dovolili letos za vesoljni svet.

Kaj pa je sveto leto? To je v resnici svet čas, v katerem oznanjujejo sv. Oče popolne odpustke za vse, ki opravijo zapovedana spokorna dela, v katerem podelé vsem spovednikom prav posebno velike oblasti in pravice za one, ki se hočejo udeležiti sv. leta ter morejo spovedniki odvezovati od grehov in kazni sicer pridržanih škofu in papežu, spreminjevati Bogu storjene obljube in tudi odstranjevati razne tajne zakonske zadržke.

Sveto leto je torej res imeniten in svet čas, ki naj bi tudi največje grešnike spodbujeval, da se v zakramentu sv. pokore očistijo vseh grehov in po odpustkih tudi dobé odpuščenje vseh časnih z grehi zasluženih kazni. Usmiljeni Bog namesti njihove dolgove iz neizcrpljivega zaklada pokor in zadostovanj, ki se je v cerkvi nabral po neizmernem zasluženju našega Zveličarja in po preobilnem zasluženju prečiste Device Marije, pa svetnikov in svetnic Božjih.

Ali ni to velika milost? Saj bi morali časne kazni, ki nam po odpuščenem grehu še ostanejo, trpeti po smrti v vicah, ali pa že v

življenju. Zato pa moremo upati, da nas bo tudi na zemlji manj časnih nadlog zadelo, manj bolezní, manj nesreč, manj pomanjkanja, manj raznih skušnjav in drugih šib Božjih, ako se v svetem letu prav vsi potrudimo, da dobimo popolne odpustke in se spravimo z razžaljenim Bogom, v čegar rokah je naša časnost in večnost.

Odpustek svetega leta je pa tudi najbolj gotov. Zavoljo pokore in mnogih dobrih del svetega leta podeljuje Bog več milosti razsvetljenja in moči, da se veliki in trdovratni grešniki zdramijo, da se mlačni kristjanje vnamejo, goreči pa še bolj spodbudé. Tudi lep zgled vseh vernikov nekako siloma vleče za seboj in skupna molitev močno trka na srce dobrega očeta nebeškega, da podeljuje prav posebnih milosti potrebnih za dobro, skesano spoved in za popolno odpuščanje vseh grehov in vseh kazni.

Vprašali boste, kaj je treba storiti, da zadobimo popolne odpustke in se udeležimo vseh milosti svetega leta? Poslušajte!

1. V svoji okrožnici zahtevajo sv. Oče najpoprej pravo kesanje. Saj se ne odpusti najmanjši greh, ako se ga dotičnik ne kesá; dokler pa greh ni odpuščen, se tudi kazni ne more odpustiti. Kesanje mora obsegati vse smrtne in vse odpustljive grehe, tudi

se ne sme nobeno radovoljno nagnjenje h kakemu grehu vedoma v srcu imeti; še le potem je kesanje zadostno za popoln odpustek sv. leta.

2. Toda samo kesanje še ne zadostuje. Sveti Oče zapovedujejo, da se morata tudi vredno prejeti zakramenta sv. pokore in sv. Rešnjega Telesa in sicer ravno zarad sv. leta. Letna spoved in velikočno sv. obhajilo ne velja; tudi zakramenti prejeti iz obljube ali naloženi za pokoro ne bi veljali. Pri tej svetoletni spovedi in samo pri tej imajo vsi spovedniki zgoraj omenjene posebne pravice.

Za spoved se more izbrati katerikoli od škofa za spovedovanje pooblaščen spovednik. Stroge redovnice in njihove novinke, pri nas torej sestre uršulinke in karmeličanke, si pa morejo le onega spovednika izbrati, kateri je od škofa pooblaščen spovedovati stroge redovnice. Ako redovniki za svetoletno spoved želé spovednika svojega reda, zadostuje pooblaščenje od njihovega poglavarja.

Otrokom, ki še niso bili pri prvem sv. obhajilu, naj spovednik namesto sv. obhajila naloži kako drugo dobro delo, n. pr. petkrat Oče naš in Češčena Marija.

Sveta spoved se more opraviti kadarkoli, samo da je ob času sv. leta; a pomni naj se, da zadnje naloženo delo se mora opraviti v stanju milosti Božje. Kdor bi torej po svetoletni spovedi pred zadnjim zapovedanim dobrim delom po nesreči smrtno grešil, mora se pred tem delom še enkrat spovedati, ako hoče dobiti popolne odpustke.

Dolga spoved ni zapovedana, razen ako bi bile poprejšnje spovedi zavoljo kakega bistvenega pomanjkljaja neveljavne. Priporoča se pa, naj bi se ponovile spovedi od zadnje dobro opravljene dolge spovedi.

3. Sv. Oče zapovedujejo tudi kot bistven pogoj za odpustke obiskovanje cerkvâ. Tu se mora razlikovati, da li kdo *a)* obiskuje cerkve sam, morebiti tudi v manjem ali večjem društvu, ali pa, *b)* če jih obiskuje v pravi procesiji, ali *c)* more dobiti kako olajšavo.

a) Kdor obiskuje cerkve sam, mora petnajst dni obiskati vsak dan po štiri v to odločene cerkve; kjer ni štirih cerkvâ, ampak samo tri, obiščeta se petnajst dni vsak dan dve cerkvi po enkrat, ena pa dvakrat; ako sta samo dve cerkvi, obišče se vsaka vsakega dne po dvakrat; ako je samo ena, obišče se ona vsakega dne štirikrat. Za dvojen ali večkratni obisk iste cerkve zadostuje, da se po opravljenih molitvah za odpustke gre iz cerkve ven, potem se pa vrne nazaj in se dotične molitve zopet opravijo.

Glavna cerkev: torej v škofijskem mestu stolna cerkev, v župnijah pa župnijska mora biti med onimi, ki so za obiskovanje določene. V tem smislu določujem za Ljubljano: za stolno župnijo stolnico, cerkve sv. Jakoba, pri čč. uršulinkah in pri oo. frančiškanih; za ostale župnije stolno cerkev, domačo župnijsko cerkev in še dve drugi župnijski ali samostanski cerkvi po volji gg. župnikov. Po župnijah na deželi naj pa župniki določijo, katere cerkve in koliko se jih mora razen župnijske še obiskati. Določiti se more vsaka podružnica, tudi vsaka kapela, v kateri se sme sv. maša brati.

Za obiskovanje ni treba, da si omenjenih 15 dni nepretrgoma sledi; lahko se odberejo popolnoma po volji. Bistveno je, da se odbere 15 dni in se vsacega dne opravijo po štiri obiskovanja. Dnevi se pa štejejo kakor po navadi od polnoči do polnoči, ali pa po cerkvenem načinu od treh popoldne do mraka prihodnjega dne, da se n. pr. od štirih obiskovanj eno ali dvoje ali troje opravi enega dne popoldne po treh, ostala drugega dne, ali da se bolj oddaljena cerkev obišče popoldne enkrat pred tremi in koj še enkrat po treh, pa velja za obisk dveh različnih dni.

b) Ako pa župljani ali pa razne družbe (n. p. Marijine) in bratovščine (n. pr. rožni-venška) opravijo obiskovanja v procesiji pod vodstvom svojega duhovnega pastirja ali pod vodstvom drugega od župnika v to določnega duhovna, onda pooblaščen od

sv. Očeta število obiskovanj z manjšam od petnajst dni na štiri dneve, da se namreč ona štiri zgoraj točneje opisana obiskovanja vsacega dne opravijo ne petnajstkrat, ampak samo štirikrat.

Procesije prav vroče priporočam. Saj je skupna molitev Bogu bolj mila in draga! Kako bi Gospod Bog mogel odreči svojo milost, ako toliko ljudstva združenega v ljubezni in skesanega srca kliče k Njemu, naj se usmili! Pa tudi zgled more grešnike privabiti, mlačne poživiti, goreče navdušiti!

Gledé procesij moram na tri stvari opozoriti. 1. Obiskati se mora v procesiji tudi prva cerkev, zato se morajo verniki zunaj cerkve zbrati, v procesijo porazvrstiti in iti v cerkev. Ako se ista cerkev dvakrat, trikrat, štirikrat obiše, naj se gre v procesiji iz cerkve toliko daleč proč, kolikor je treba, da se procesija lahko razvrsti. 2. Ako je kaka cerkev ali kapela premajhna, da ne morejo vsi udeleženci biti v cerkvi, tudi zadostuje, ako so zunaj cerkve, toda tesno združeni z onimi, ki so notri. 3. Molijo naj se v cerkvi navadne molitve za odpustke; na potu pa naj se tudi kaj moli, n. pr. rožni venec, ali pa na potu k raznim cerkvam zapored litanije vseh svetnikov, lavretanske, sladkega Imena in presvetelega Srca Jezusovega.

c) Nekaterim osebam pa morem pooblaščen od sv. Očeta še posebne polajšave dopustiti, in sicer 1. Tudi kapiteljni, svetne in redovniške kongregacije, sodalitete in bratovščine morejo obiskovanja opraviti v procesijah: v tem slučaju velja tudi za nje polajšava sub b); 2. Redovnice s slovesnimi obljubami, njihove služabnice in gojenke v njihovih zavodih zadosté, ako obišejo svojo cerkev, ali svoj navadni molitveni kor posamezno po štirikrat na dan petnajst dni ali v procesiji po štirikrat na dan štiri dni; 3. redovnice z neslovesnimi obljubami in vse njihove postrežnice in gojenke zadoste ako obišejo domačo kapelo posamezno po štirikrat na dan petnajst dni, ali pa v procesiji domačo kapelo in še eno drugo cerkev, ako mogoče župnijsko, po dvakrat na dan štiri dni; 4. jetniki zadosté, ako obišejo jetniško kapelo štirikrat na dan štiri dni; 5. starcem in staricam, bolnikom

in otrokom, ki še niso bili pri prvem sv. obhajilu, morejo spovedniki tudi extra sacramentalem confessionem obiskovanja cerkva premeniti v kako drugo dobro delo po lastni previdnosti. 6. Kdor začne zapovedana dela opravljati, pa oboli, dobi vendarle svetoletni odpustek, ako vredno prejme sv. zakramente.

4. Nazadnje so zapovedane tudi molitve pri obiskovanju cerkva. Namen je oni navadni, kadar se pri odpustkih govori o namenu sv. Očeta, namreč: poveličanje sv. cerkve, uničenje krivoverstev, edinost katoliških vladarjev in blagor krščanskega ljudstva. Gledé teh namenov naj opozorim 1. da je sicer dobro, ako se pred molitvijo vselej iznova ti štirje nameni napravijo; zadostuje pa, da se cerkev obiše in se tam moli, da bi se dobili odpustki sv. leta; 2. molitve morajo biti ustmene, ter bi sama notranja molitev ne zadostovala; 3. kaj naj se moli in kako dolgo, o tem ni nič določenega, vendar pa sploh učé, da zadostuje izmoliti petkrat „Oče naš, Češčena Marija in Čast bodi Očetu“, ali pa kako drugo poljubno molitev, ki bi prilično enako dolgo trajala.

Kar se tiče pooblastil za spovednike, naj spovedniki večkrat prečitajo in prav natančno proučé v papeževi buli odstavek: De confessario Iubilaei hanc indulgemus I. do, X., od besede „Moniales... do nihilominus huiusmodi absolutiones... declaramus incl.

Ozir odpustkov naj omenim: a) odpustek sv. leta more vsakdo samo enkrat dobiti, dobiti ga morejo tudi lanski rimski romarji; b) odpustek sv. leta velja samo za žive, ne more se pa obrniti v korist dušam v vica; c) vsi drugi odpustki veljajo tudi v svetem letu in se niso zaustavili, kakor se je to lani zgodilo.

V naši ljubljanski škofiji se sveto leto začne 5. maja, 4. povelikonočno nedeljo, zato naj se v soboto 3. maja zvečer ob osmih pol ure z vsemi zvonovi zvoni v znak, da se začne sveto leto, čas molitve in pokore; konča pa se sveto leto 3. novembra, 23. pobinkoštno nedeljo, zato naj se po dopoldanski

službi Božji izpostavi presveto Rešnje Telo, zapoje Te Deum laudamus, dá blagoslov in naj ta čas zopet pol ure slovesno zvoní.

Vsem duhovnikom v dušnem pastirstvu in vsem vernikom h koncu priporočam besede sv. Očeta v buli, s katero razglašajo sv. leto za ves katoliški svet. Sv. Oče pravijo:

„Sveto leto bo, kakor mislimo, obilneje pripomoglo, da se povrne krščansko življenje, da se srca tesneje sklenejo z apostolsko stolico, da se splošno dosežejo one blaginje, o katerih smo obširneje govorili, ko smo lani sveto leto napovedali. Pripomoglo bo tudi, da spodobno proslavimo začetek novega stoletja: saj se, kakor mislimo, novo stoletje ne more primerneje začeti, kakor s tem, ako ljudje sklenejo, da si bodo iz zasluženja Kristusa Odrešenika zajemali večih koristi. Nikakor pa ne dvomimo, da bodo vsi otroci

sv. cerkve ta novi pripomoček zveličanja sprejeli v istem duhu, v katerem ga jim dajemo. Zaupamo nadalje, da se bodo častitljivi bratje škofje in vsi duhovniki po svoji izkušeni čuječnosti in marljivosti trudili na vso moč, da se v polni meri vresničijo skupne želje.“

Zato pričakujem, do bodo vsi duhovni pastirji v svojih cerkvenih govorih, pa tudi zasebno vernike vnemali, da v resnici vse storé, kar sv. Oče za sveto leto želé. Délajmo pokoro, molimo in prizadevajmo si za pravo krščansko življenje, da krivi preroki v ovčji obleki nas Slovencev ne odtrgajo od sv. Očeta, ne odtrgajo od sv. rimsko-katoliške cerkve, ampak se jim pogubne namere ne posrečijo. V to naj nam pomaga obilna milost Božja.

Blagoslov vsemogočnega Boga Očeta in Sina in sv. Duha naj pride nad Vas in naj ostane vedno nad Vami Amen.

V Ljubljani, dné 15. aprila 1901.

✠ Anton Bonaventura,
knezo-škof.

Ta pastirski list naj se 3. ali 4. nedeljo po veliki noči vernikom prečita in pojasni.

25.

Anton Bonaventura,

von Gottes und des Apostolischen Stuhles Gnaden Fürstbischof von Laibach,

allen Gläubigen seiner Diocese Frieden, Heil und Segen von unserem Herrn und Heilande Jesus Christus!

Nach dem Beispiele seiner Vorgänger hat Papst Leo XIII. mit der Bulle vom 25. December 1900 das am selben Tage für Rom abgeschlossene Jubeljahr für den ganzen Erdfreis um sechs Monate verlängert.

Was ist nun ein Jubeljahr? Es ist eine Gnadenzeit, für welche der Papst einen vollkommenen Ablass verkündet, dessen Gewinnung an bestimmte Bedingungen geknüpft ist; und damit alle desselben theilhaftig werden, erhalten die Beichtväter für diese Zeit ganz besondere Vollmachten sowohl zur Losprechung von Sünden und Kirchenstrafen, als auch zur Umwandlung von Gelübden und Aufhebung von einigen geheimen Gehindernissen.

Das Jubeljahr ist somit eine besonders wichtige und heilige Zeit. Auch die größten Sünder sollten bewogen werden, sich durch einen würdigen Empfang des Buß-Sacramentes von allen Sünden und ewigen Strafen und durch Gewinnung des angebotenen vollkommenen Ablasses auch von allen zeitlichen Strafen zu befreien. Denn der göttlichen Gerechtigkeit wird Genugthuung geleistet aus dem unererschöpflichen Schatze der übersießenden Verdienste unseres Herrn Jesus Christus, der allerseeligsten Jungfrau Maria und seiner Heiligen, über welchen die Kirche verfügt, aus welchem sie schöpft und Gott dem Herrn als Sühne anbietet.

Also alle zeitlichen Strafen, welche wir durch unsere Sünden verdient haben, werden getilgt, wenn wir mit Eifer den Jubiläums-Ablass uns aneignen. Welch große Gnade! Wenn man an den Reinigungs-ort, an dieses durch die göttliche Gerechtigkeit angezündete und unterhaltene Feuer fest glauben würde, was würde man nicht thun, um ihm zu entgehen, seine Qualen abzukürzen!

Ferner wenden wir durch den Ablass auch viele zeitliche Uebel von uns ab: Krankheiten, Unglücksfälle, Verarmung, Versuchungen und andere uns treffende Strafgerichte Gottes. Gewinnen wir die Ablässe nicht, so brechen nothwendigerweise zeitliche Sündenstrafen über uns herein.

Zudem ist der Jubiläums-Ablass auch der sicherste, weil einerseits Gott durch die vielen Gebete und Bußübungen während dieser Gnadenzeit ganz besonders bewogen wird, uns alle jene Gnaden reichlich zu gewähren, welchen uns zu wahren und ausdauernden Büßern umwandeln, so daß wir zur Gewinnung des Ablasses gut vorbereitet und gestimmt sind und weil wir andererseits bei keinem anderen Ablass uns so viel Anstrengung, ja Opfer kosten lassen, wie beim Jubiläums-Ablass, um ja alle Bedingungen zur Gewinnung desselben genau zu erfüllen.

Worin bestehen nun diese Bedingungen? Ich will Euch dieselben in aller Kürze erklären.

1. Der heilige Vater hebt vor allem als erste Vorbedingung wahre Reue und Bußgesinnung hervor. Denn wer nicht alle seine Sünden aufrichtig berent, ja, wer auch nur eine bewußte, freiwillige Anhänglichkeit an eine Sünde hätte, der kann des vollkommenen Jubiläums-Ablasses nicht theilhaftig werden. Wie könnte die Strafe nachgelassen werden, wenn die Sünde noch im Herzen wohnt und durch dieselbe Gott beleidiget wird!

2. Die zweite Bedingung ist der würdige Empfang der heiligen Sacramente der Buße und des Altars, und zwar in der Absicht, den Jubiläums-Ablass zu gewinnen. Die Jahresbeicht und die Oster-Communion, oder Empfang der Sacramente in Folge eines gemachten Gelübdes genügt nicht. Und nur für die Jubiläums-Beicht erhielten die Beichtväter die obgenannten ganz besonderen Vollmachten.

Zur Ablegung der Jubiläums-Beicht kann man sich nach Belieben welchen immer Welt- oder Ordens-Priester wählen, wenn er nur vom Diöcesanbischöfe zum Beicht hören approbiert ist. Klosterfrauen mit feierlichen Gelübden und deren Novizinnen jedoch dürfen zur Ablegung der Jubiläums-Beichte ihren Beichtvater nur aus jenen Priestern wählen, welche zum Beicht hören von Ordensfrauen approbiert sind. Ein Ordenspriester braucht, um die Jubiläums-Beichte eines Mitgliedes seines Ordens hören zu können, nur die Approbation seines Ordensoberen.

Kindern, welche die erste heilige Communion noch nicht empfangen haben, mögen die Beichtväter anstatt der heiligen Communion ein anderes gutes Werk vorschreiben, z. B. fünf Vater unser und fünf Begrüßet seist Du, Maria.

Die heilige Beicht kann wann immer im Verlaufe des Jubiläums abgelegt werden, nur muß man bei Erfüllung des letzten vorgeschriebenen Werkes im Stande der heiligmachenden Gnade sein. Wer also nach Ablegung der Jubiläums-Beichte vor Erfüllung der letzten vorgeschriebenen Bedingung in eine schwere Sünde fiel, müßte nothwendigerweise noch einmal beichten, wäre jedoch nicht verpflichtet, die übrigen schon verrichteten Werke zu wiederholen.

Eine Generalbeicht ist nicht vorgeschrieben, es sei denn, daß eine solche nothwendig wäre; jedoch eine Lebensbeicht oder eine theilweise Wiederholungs-Beicht wird anempfohlen.

3. Die dritte Bedingung ist der Kirchenbesuch. Dabei ist zu unterscheiden, a) ob man die Kirchen einzeln, oder b) in Procession besucht und c) ob man noch irgend eine andere Erleichterung erhalten kann.

a) Wer den Kirchenbesuch einzeln macht, muß an fünfzehn Tagen täglich je vier Kirchen besuchen. Wo nur drei Kirchen vorhanden sind, dort müssen an den fünfzehn Tagen zwei täglich je einmal und eine zweimal besucht werden; sind nur zwei Kirchen vorhanden, müssen beide täglich zweimal, und wo nur eine Kirche ist, muß diese täglich viermal besucht werden. Für einen zwei- oder mehrmaligen Besuch derselben Kirche genügt es, daß man nach Abbetung des Ablassgebetes die Kirche verläßt und allsogleich in dieselbe zurückkehrt, um die Ablassgebete zu wiederholen.

Weil in der Bulle vorgeschrieben ist, daß in der Bischofsstadt jedenfalls der Dom, in sonstigen Orten die Hauptkirche besucht werden soll, so verfüge ich diesbezüglich folgendes: 1. In der Dompfarre zu Laibach sind nebst der Domkirche, die St. Jacobs-, die Ursulinen- und die Franziscaner-Kirche zum Besuche bestimmt; 2. in den übrigen Pfarren der Stadt Laibach sollen dazu nebst der Dom- und Pfarrkirche noch zwei andere Kirchen nach Ermessen der betreffenden Herren Pfarrer bestimmt werden; 3. in den Landpfarren sind die Herrn Pfarrer bevollmächtigt zu entscheiden, welche und wie viele Kirchen nebst der Pfarrkirche besucht werden müssen; dazu kann jede Filialkirche, ja, auch jede Kapelle, in welcher die heilige Messe gelesen werden darf, dienen.

Diese Tage brauchen nicht fünfzehn fortlaufende Tage zu sein, sondern können unterbrochen werden; wesentlich ist die Zahl fünfzehn Tage und täglich vier Besuche. Weiters können diese Tage natürliche, d. h. von Mitternacht zu Mitternacht, oder kirchliche sein, d. h. von drei Uhr nachmittags bis zur Abend-Dämmerung des nächsten Tages, so daß man die vier Besuche auf diesen Nachmittag und den nächsten Tag bis zur Abend-Dämmerung vertheilen kann.

b) Geschieht der Besuch in Processionen unter Leitung des Pfarrers oder eines Stellvertreters, verringere ich kraft der den Bischöfen vom heiligen Vater ertheilten Vollmachten die Zahl dieser Besuche und bestimme zur Gewinnung des Jubiläums-Ablasses täglich je vier Besuche an nur vier Tagen in der oben angegebenen Art und Weise.

Das Abhalten von Processionen empfehle ich angelegentlichst. Denn nach den Aussprüchen Christi hat das vereinigte und gemeinsame Gebet vor Gott mehr Erhörungskraft, wozu dann noch die gegenseitige Erbauung und die Macht des herrlichen Beispiels kommt.

Bezüglich der Processionen mache ich auf drei Punkte aufmerksam:

a) da auch die Ausgangskirche processionsweise besucht werden muß, so sollen sich die Gläubigen zur bestimmten Zeit außerhalb derselben versammeln, sich processionsmäßig ordnen und so in die Kirche einziehen; muß ob Mangel an Kirchen eine und dieselbe Kirche zweimal oder mehrmals besucht werden,

so genügt es, wenn die Procession nach verrichtetem Ablassgebete die Kirche verläßt und sich von ihr so weit entfernt, daß sie wieder leicht zurückkehren kann; 2. wäre eine Kirche so angefüllt, daß man nicht hineintreten könnte, so würde es zum Besuche genügen, die Gebete an der Kirchenthür in der Nähe der anderen Gläubigen, die dort schon stehen geblieben sind, zu verrichten; 3. in der Kirche sollen die gewöhnlichen Ablassgebete, auf dem Wege hingegen andere in vorhinein genau bestimmte Gebete, z. B. Rosenkranz, Litanei verrichtet werden.

c) Einigen Personen können noch besondere Erleichterungen zugestanden werden.

1. Auch Kapitel, Congregationen des Welt- und Ordensstandes, Sodalitäten und Bruderschaften können die Besuche processionsweise machen, in welchem Falle ihnen die Besuche in der sub b) angegebenen Art und Weise verringert und erleichtert werden. — 2. Ordensfrauen mit päpstlicher Clausur sammt anderen Frauen und Mädchen ihrer Institute genügen den Jubiläums-Bedingungen, wenn sie einzeln an 15 Tagen oder in Procession an 4 Tagen je viermal ihre Kirche oder wenigstens ihren üblichen Chor besuchen. — 3. Schwestern mit einfachen Gelübden sammt den Frauen und Mädchen ihrer Institute genügen den Bedingungen, wenn sie einzeln die Hauscapelle an 15 Tagen je viermal, oder processionsweise die Hauscapelle und noch eine andere, wenn möglich die Pfarrkirche, an 4 Tagen jede zu zweimal besuchen. — 4. Die Gefangenen genügen durch den Besuch der Hauscapelle je viermal an 4 Tagen. — 5. Den Greisen, Greisinnen, Kranken und Kindern, die noch nicht bei der ersten hl. Communion waren, mögen die hochw. Beichtväter die Kirchenbesuche in andere gute Werke umändern und zwar *secundum prudentis iudicium etiam extra confessionem sacramentalem*. — 6. Endlich will der heilige Vater, daß solche, die mit ernster Absicht, den Jubiläumsablass zu gewinnen, begonnen haben die vorgeschriebenen Werke zu verrichten, dieselben aber wegen Krankheit nicht vollenden konnten, den Ablass doch gewinnen sollen, falls sie nur reumüthig beichten und die heilige Communion empfangen.

4. Die vierte Bedingung sind die bei diesen Kirchenbesuchen zu verrichtenden Gebete. Die Meinung, in der man beten soll, ist dieselbe, die man gewöhnlich bei Ablässen als die Meinung des heiligen Vaters bezeichnet: somit die Erhöhung

der heiligen Kirche, die Ausrottung der Irrlehren, die Eintracht unter den katholischen Fürsten und das Wohl des christlichen Volkes. Diesbezüglich mache ich aufmerksam:

1. Dafs es zwar löblich, jedoch nicht nothwendig ist, immer im einzelnen und ausdrücklich die Gebetsmeinung auf jene vier großen Anliegen zu richten; wer die Kirchenbesuche nach Vorschrift macht und dabei jedesmal andächtig betet, um so den Jubelablaß zu gewinnen, der betet in der Meinung des hl. Vaters, wenn er auch die verschiedenen Anliegen sich nicht vor Augen hält; 2. mündliche Gebete sind nothwendig, so dafs, wer innerlich beten wollte, doch ein mündliches Gebet hinzufügen müßte; 3. der Dauer nach sind die Gebete nicht näher bestimmt; allgemein wird angenommen, dafs fünf Vater unser, Begrüßet seist Du Maria und Ehre sei dem Vater oder ein anderes Gebet von ähnlicher Dauer hinreichen.

Was die besonderen Vollmachten der Beichtväter anbelangt, möge von denselben der Absatz der Jubiläumssbulle: *De confessario Iubilaei haec indulgemus I. bis X. vom Worte Moniales . . . bis nihilominus huiusmodi absoluti-ones . . . declaramus incl.*

Bezüglich der Ablässe muß ich noch Folgendes bemerken: a) der Jubelablaß kann nur einmal gewonnen werden und zwar auch von den vorjährigen Rompilgern; b) der Jubelablaß gilt bloß für die Lebenden und kann den armen Seelen nicht zugewendet werden; c) die sonst ertheilten Ablässe bleiben in Kraft und sind nicht aufgehoben.

Das Jubeljahr beginnt in unserer Diöcese am 4. Sonntage nach Ostern den 5. Mai, weshalb am Samstag 4. Mai Abends um 8 Uhr durch eine halbe Stunde geläutet werden soll. Dasselbe dauert bis zum 3. November d. i. bis zum 23. Sonntag nach Pfingsten, weshalb nach dem vormittägigen Gottes-

dienste das Allerheiligste ausgekehrt, das *Te Deum laudamus* gesungen, der Segen gegeben und feierlichst mit allen Glocken geläutet werden möge.

Zum Schlusse rufe ich allen Priestern und Gläubigen die Worte des hl. Vaters aus der Jubiläumssbulle zu: „Das Jubeljahr wird, wie Wir meinen, weit und breit von Einfluß sein auf die Wiederherstellung der christlichen Sitten, auf die engere Verbindung der Gemüther mit dem apostolischen Stuhle, auf die allgemeine Erlangung jener Güter, die wir bei der ersten Ankündigung des großen Jubiläums eingehend besprochen haben. Es wird dies auch beitragen zur würdigen Feier des Anfanges des eintretenden Jahrhunderts, denn wir kennen keinen passenderen Beginn des Jahrhunderts, als wenn die Menschen anfangen, sich die Verdienste der Erlösung Christi reichlicher zu Nutzen zu machen. Wir zweifeln auch keineswegs, dafs alle Kinder der Kirche dieses neue Hilfsmittel des Heiles mit der Gesinnung annehmen werden, in welcher es von uns geboten wird. Wir vertrauen ferner, dafs die ehrwürdigen Brüder, die Bischöfe und der gesammte Clerus bei ihrer erprobten Wachsamkeit und Sorgfalt sich, wie billig, alle Mühe geben werden, dafs die gemeinsamen Wünsche voll in Erfüllung gehen.“

Ich erwarte, dafs alle Seelsorger in Predigten sowohl, als auch im privaten Verkehre dahin wirken werden, dafs die Gläubigen alle ohne Ausnahme an den Gnaden des Jubiläums theilnehmen werden und so die christliche Ueberzeugung in ihnen mehr befestiget, ein echt christliches Leben mehr gefördert werde.

Der Segen des allmächtigen Gottes des Vaters, des Sohnes und des hl. Geistes komme über Euch herab und bleibe immer bei Euch. Amen.

Laibach, den 15. April 1901.

† Anton Bonaventura,
Fürstbischof.

Dieser Hirtenbrief möge den 3. oder 4. Sonntag nach Ostern den Gläubigen vorgelesen werden.

26.

DUBIA

Apostolicae Sedi delata occasione Iubilaei Magni ad universum Orbem extensi.

I. An tempore praesentis Iubilaei liceat Confessariis pluries uti facultatibus extraordinariis eisdem concessis erga eundem poenitentem, qui nondum omnia opera iniuncta adimplevit ad Iubilaei indulgentiam lucranda?

SSmus respondendum mandavit: Affirmative.

II. An in locis ubi processiones in viis publicis non permittuntur, possint, ad effectum reducendi visitationum numerum, processiones aequiparari coadunationes corporum moralium et aliorum fidelium qui in designatis Ecclesiis, hora praestituta, sub proprii Moderatoris et respective sub proprii Parochi vel alterius Sacerdotis ab eo deputati ductu, colliguntur, ut ibidem una simul visitationes peragant?

SSmus, attentis praesentium temporum adiunctis, ex speciali gratia benigne indulget ut, in locis in quibus processiones non permittuntur, visitationes prout exponitur peractae habeantur tamquam processionaliter factae.

III. An pro iis qui degunt in locis ab Ecclesia Parochiali valde dissitis possit ab Ordinario alia Ecclesia vel publicum Oratorium facilius accessus ad visitationes peragendas designari?

R. De speciali gratia SSmi: Affirmative.

IV. An sex menses ad quos extensum est Iubilaeum extra Urbem debeant necessario esse continui, vel possint ab Ordinario interpolari et dividi per partes infra annum?

R. Affirmative ad 1^{am} partem: negative ad 2^{am}. Nihilominus SSmus benigne indulget ut Ordinarii, interveniente gravi et legitima causa, possint pro suo prudenti arbitrio semestris tempus in partes dividere; ita tamen ut una tantum vice Iubilaeum acquiri valeat, licet opera ipsa iniuncta possint distribui per designatos ab Ordinario menses.

V. Nonnullis Episcopis gratiam implorantibus ut unica Confessione et Communionem satisfieri possit praeccepto Ecclesiae et operi iniuncto ad Iubilaeum lucrandum, SSmus minime annuendum censuit.

Datum Romae in S. Poenitentiarum die 25. Ianuarii 1901.

S. Card. VANNUTELLI, *Poenitentiarius Major*.

S. CELLI, *Poenitentiariae Substitutus*.

27.

Indulgentiae, quas anno 1901. lucrari possunt

accedentes ad Ss. Sacramenta prima cujuslibet mensis feria VI. vel peregrinantes ad Sanctuarium in Paray-le Monial.

SSmus Dnus Noster Leo Pp. XIII, in Audientia habita die 6. Decembris 1900 ab infrascripto Card. Praefecto S. C. Indulgentiarum Sacrisque Reliquiis praepositae, piissimum Emi Epi Augustodunensis propositum in supplici libello enunciatum summopere commendans, Plenariam Indulgentiam, animabus quoque igne Purgatorii detentis applicabilem benigne concessit ab universis Christifidelibus acquirendam:

I. Qui prima qualibet feria sexta cuiusvis mensis anni mox futuri, iuxta intentionem in precibus expressam, vere poenitentes ac confessi ad S. Synaxim accesserint, simulque aliquo temporis spatio ad mentem Sanctitatis Suae piis precibus effuderint:

II. Qui infra annum adventurum eundem finem superius memoratum persequentes, coniunctim cum aliqua devota peregrinatione Ecclesiam SSmo Cordi Iesu in oppido Paray-le Monial dicatam inviserint, itemque sacramentali confessione expiati et S. Eucharistia refecti uti supra oraverint.

Praesenti valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secret. eiusdem S. C. die 9. Decembris 1900.

S. Card. CRETONI, *Praef.*

Franciscus Archiep. Amiden.,
Secretarius.

28.

Rok dospelosti pri preskrbninskih užitkih in pokojninah iz verskega zaklada.

C. kr. deželna vlada sporoča z dopisom z dné 2. aprila 1901, štev. 4966, semkaj doslovno:

Seine k. u. k. Apostolische Majestät haben mit Allerhöchster Entschliessung vom 22. Jänner 1901 allergnädigst zu genehmigen geruht, daß die mit Allerhöchster Entschliessung vom 11. Jänner 1896 in Ansehung des Anfallstages der allgemeinen und gemeinschaftlichen Versorgungs- und Ruhegenüsse allergnädigst erteilte Begünstigung vom 1. Februar 1901 ab auch auf die die Religionsfonde belastenden Versorgungs- und Ruhegenüsse Anwendung finde.

In Gemäßheit dieser Allerhöchsten Entschliessung hat sonach von dem erwähnten Zeitpunkte ab auch für die den

Religionsfond belastenden Versorgungs- und Ruhegenüsse der 1. Tag jedes Monats als Anfallstag zu gelten.

Hievon wird das hochwürdige fürstbischöfliche Ordinariat zufolge Erlasses des k. k. Ministeriums für Cultus und Unterricht vom 18. März 1901, Z. 2001, zur weiteren gefälligen Verständigung mit dem Beifügen in Kenntnis gesetzt, daß im Zahlungstage der den Religionsfond belastenden Versorgungs- und Ruhegenüsse eine Änderung nicht eintritt.

O tem odloku se čč. gg. s tem obveščajo s pripomnjo, da je bil v gornjem dopisu navedeni najvišji sklep z dné 11. januarja 1896 objavljen v škofijskem listu (Laibacher Diocesanblatt) I. 1896., II. 6, str. 28.

29.

Zamudne obresti pri pristojbinskem namestku.

C. kr. finančno ravnateljstvo za Kranjsko v Ljubljani javlja z dopisom z dné 26. marca 1901, št. 5506, semkaj doslovno:

Aus Zweckmäßigkeits-Rücksichten fand das k. k. Finanzministerium mit Erlaß vom 21. März 1901, Z. 15484 anzuordnen, daß vom 1. April 1901 angefangen in jenen Fällen, in welchen die Einzahlung der vierteljährigen Raten des für das VI. Decennium zu entrichtenden Gebührenaquivalentes zwar nicht an den im § 1 des Gesetzes vom 18. März

1872, R. G. Bl. Nr. 33, beziehungsweise § 37 der Finanzministerial-Verd. vom 14. Juli 1900, R. G. Bl. Nr. 120, vorgesehenen Terminen, jedoch innerhalb der ersten 10 Tage des Fälligkeitsmonates, d. i. also spätestens am 10. Jänner, 10. April, 10. Juli und 10. October eines jeden Jahres erfolgt, von der Berechnung und Einhebung der nach dem Gesetze entfallenden Verzugszinsen Umgang zu nehmen ist.

O čemer se čč. duhovščina s tem obvešča.

30.

Škofijska kronika.

Podeljene so bile župnije: Polom (Ebenthal) tamošnjemu župnemu upravitelju č. g. Jakobu Lebarju; Trnovo pri Ilirski Bistrici tamošnjemu župnemu upravitelju č. g. dr. Josipu Kržišniku.

Kanonično vmeščen je bil dr. Josip Kržišnik na župnijo Trnovo pri Ilirski Bistrici dné 11. aprila 1901 ter je bil h krati imenovan kn. šk. duhovnim svetnikom in dekanom trnovske dekanije.

Stalni pokoj je dovoljen č. g. Mihaelu Horvatu, župnika na Čatežu ob Savi.

Č. g. Nikolaj Križaj, župnik na Premu, se je zaradi bolehnosti odpovedal svoji župniji ter mu je dovoljen daljši dopust, da si utrdi svoje zdravje.

Premeščeni so bili čč. gg.: Alojzij Rudolf, ekspozit v Begunjah pri Cerknici, kot župni upravitelj na Čatež ob Savi; Frančišek Dimnik s Trebelnega kot ekspozit v Begunje pri Cerknici; Josip Nagode iz Boštanja na Trebelno; Martin Škerjanec iz Zagorja na Jesenice; Alojzij Wester iz Selc v Zagorje; Jernej Klinec s Čateža kot župni upravitelj v Javor pod Ljubljano; Frančišek Zega, kapelan na Premu, je nameščen kot župni upravitelj ondi.

Umrli je č. g. Simon Jan, umirovljeni župnik svetotrojiški, v Hrastju pri Kranju, dné 12. aprila 1901.

Priporača se v molitev čč. gg. duhovnim sobratom.

Knezoškofijski ordinarijat v Ljubljani, dné 21. aprila 1901.